

Samuel Bohl Joachim Brücke

Disputatio ... Pro Formali significationis eruendo primum in explicatione Scripturae Sacrae ...


3 :

Rostochi[i]: Haeredes Richelianorum, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770609376>

Band (Druck) Freier  Zugang





Clc - 1871¹ - 15.




1825

R
R

Nb
Recept wider die vberwilt
auf podagrae.

Recept. 1. Raffiniran
2. Cofmasin vom Ey
3. Brandwein.
4. Miß die fuchte, u. merck die hafft den krauß
Caruag bey dem die Sturzen



DISPUTATIO TERTIA
PRO FORMALI
significationis eruendo primum
in explicatione
SCRIPTURÆ SACRÆ

Quam

D. O. M. A.
PRÆSIDE

M. SAMUELE BOHL
Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensi publico Docto-
rum examini subicit*

JOACHIMUS Brücke/
Nöriberg. Neomarch.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem
7. Junij horis antemeridianis.*



ROSTOCHI

Hæredum Richelianorum typis exscripta
Anno M. DC. XXXVII.

DISPUTATIO TERTIA
PRO FORMALI

in explanatione

SCRIPTURAE SACRAE

DOMINI

M. SAMUELIS BOHL

in Academia Rostockensi

JOHANNIS BOHL

in Academia Rostockensi

in Academia Rostockensi

1711

Rostock

Herrmann Richter

PROgredior ad disputationem tertiam, ut sententia mea PRO
 FORMALI magis magisque, innotescat, & non tantum huic sed &
 aliis Academicis RATIONIBUS FIRMIS examinanda proferret. Quamvis
 in aliis æque ac forsan magis necessariis laboribus, in quibus neminem
 consulere possum, sed præviis precibus & labore Dei ductum sequor,
 jam distinear, tamen has disputationes jam pertexere ad tempus co-
 gor, ut omnem MALI SPECIEM vitem. Videntur enim in prioribus
 disputationibus quædam esse dicta nimis dura, ubi mens laudatur,
 verba autem carpuntur: ideo ob imbecilles, qui nec mentem bonam
 rectè perspicunt, etiam hanc disputationem volui publicare, ut ex
 exemplis facillioribus sensa animi mei rectè percipiantur. Non his
 quæro vanam gloriam, in oculis meis stulticiam & ruditatem, sed tan-
 tum veritatis inquisitionem, assentionem & approbationem. Unde
 quando hanc disputationem tertiam publico examini subijcio, pro-
 clamo verissimas simul priores disputationes duas, in quibus nihil di-
 xi temere, nihil ex incogitantia, nihil ex juvenili fervore, sed omnia
 præmeditato consilio, ET HOC IPSO EA OMNIA TAM DIU PRO
 FIRMIS ET VERIS HABEO QUAM NON VIDEO RATIONES
 CONTRA ME.

2. Placet primo loco vox קרע cuius formale dico esse *Seminavit,*
exseruit. Hic non audio opponentem, etiam hanc significationem Lexi-
 cographos habere. Nam ego hanc do ut FORMALIEM, quam de-
 monstro in omnibus descendens. Nec litem moveo Lexicogra-
 phis, sed, de quo conqueruntur multi, allegavi, & illud dico, quod Fran-
 zius dixit. Et etiam si hic non dixisset, tamen ego quæ dixi, dicere
 volui & debui. Videantur autem rectè thes. 1. 2. 3. 4. & 5. disputatio-
 nis primæ, & ibi rectè legatur quid voluerim. Et etiam si hic superi-
 or dari posse videatur significatio, tamen hanc tenebo, cum descen-
 dentia ad hanc reducere queam.

3. Hic sufficere potuisset simpliciter dicere, omnia descenden-
 tia קרע habere formale קרע, expectare enim me producentem,
 contrarium: At ut in primis disputationibus rectè omnia capiantur.

non tædet, adscribere derivata & demonstrare, quomodo in formã
convenient. Descendit autem primò זרע significans *semen*, de hac
significatione & quomodo in eã verificetur forma, dubium nullum
est. Deinde significat *filium, profapiam, &c.* De his dico quod forma-
le idem habeant, nempe seminis cõmunionem, propagationem &c.
Hic mihi nolo opponi Dasypodium, qui forsan profapiam non à se-
mine formet. Nam ego ago de FORMALIBUS HEBRÆARUM VO-
CUM nõ de LATINARUM. Quando ergo in præcedentibus dixi, & in
futuris dicturus sum, *sanctus* pro formali habet *separatum esse*, *admo-
nuit* pro formali habet *pralucere vel lucere*, non hoc vole, quasi vox il-
la latina *sanctus* vel vox illa latina *admonuit* illud formale habeat,
sed vox קדש vox זרע quod etiam me non monente non oscitans le-
ctor deprehender. זרע Sementis quomodo cum formali conveniat,
rusticus in pago videt. Quomodo זרע, de quibus in Daniele
agitur, sentit is, qui animadvertit, Danielem petere tales cibos, qui ex
semine terræ facti sunt, Zugemüse/nicht Fleisch vnd dergleichen Kö-
nigliche tractament. Et ego dico זרע esse nomen ex conjugat.
2. formatum, & eandem manifestissimè continere formam. De Cal-
daico זרע nihil dicam, cum sciam, reliquas linguas in puritate
suã Hebraicæ non respondere, quamvis hïc etiam forma obtineat.

4. Placeat ergo זרע quod vertitur per brachium, & Schindle-
rus addit, brachium hominis, quo semen spargitur. Quicquid sit de
istã denominatione, formale ejus est robur, & applicatur deinde ad
brachium hominis, quia in eo est fundamentum roboris & ita semen
fructum ferens. Sic dicitur Psalmo 81, זרעו זרעו לברי ריש. Fuerunt
brachium, id est, robur & auxilium filiorum Loth. 1. Sam. 2. dicitur:
Ego avellam brachium tuum & brachium domus tuæ, i. e. robur &
excellentiã. Nam Eli fuit sepultus cū suo brachio carnali, & ei abscis-
sum esse, scriptura non testatur, ergo robur est & prævalentis. At hïc,
ut prævideo, deducar ad Metaphors, agnosco ego Metaphoras & in
scriptura S. satis multas habeo, at hïc non opus est, sive Quintilianus
sive alius Rhetor contradicat, illi homines Figuras suas formarunt ex
linguã latinã & Græca, Hebraicã non intellexerunt, nec illi, nec inter-
pretes ipsorum, זרע in suo formali mihi est robur, brachium, & ro-
bur humanum etiam significare hanc vocem non nego, nam Hiskias
distinxy

distinguit illud robur à divino auxilio, cum dicit: *Cum ipsis est brachiū humanum, nobisum verò Jehovah Deus noster ad auxilium*: Ubi brachio humano opponit auxilium divinum. Et quid immoror hisce? multa loca suppeditat scriptura sacra.

5. Memini autem, in disputatione prima mentionem me fecisse aurium & oculorum divinorum, eosq; propriè eidem convenire asseveravi, & addidi, hæc Deo competere, *nec à nobis fundamentum esse desumendū, cū corpora nobis visa aeterno Numini attribuuntur*. Promittebā ea proponenda in speciali disputatione, verū hac ipsā mentem meam rectè explicare poterō, cū videam faciliè, eum, qui non satis attentè legit mea, posse de me alium conceptum formare. Dicta sunt illa à me in disputat. prim. thes. 26. dicta sunt & dicta manebunt, concessum autem erit mihi, hęc rationem reddere eorum, quæ dicta sunt, ne offendantur rudes, & qui me quotidie non audiunt, alii enim his thesibus non opus habent, ne irritentur in sua sententia tolerabili confirmati, ne ansa detur calumniandi, vel si calumnientur nih lominus, ut ex his ipsis verbis refutentur.

6. Dico ergo ego clavis & conceptis verbis, me Deo non attribuere aures & oculos ut & brachium corporale, me hoc nunquam fecisse, testatur thes. 26. disput. prim. cum dico, **A nobis NON ESSE FUNDAMENTUM SUMENDUM.**

7. Dico, Brachium (de ערוע enim jam ago, & de reliquis idem erit iudicium) propriè Deus habet, illud brachium autem non est corporale, sed aeternum Dei robur, quod à nulla mente humanā potest concipi. Hinc descriptio brachij, ut & in priore disputatione, oculorum & aurium Dei, non est desumenda ex Medicina & Physica sed ex scriptura sacra, brachium enim, oculos, aures, ego non tribuo Deo quatenus sunt brachium, oculi, aures, sed quatenus sunt עינים & אונים, de formali enim disputavi, quod non ex latina sed ex Hebraica lingua desumo, nec enim consuevi agere de crepidis Salomonis, quando de tunica prima Adami sermo est, cū autem latinè loquor, ita cogor loqui.

8. Audiet ergo super hanc propositionem Lector scripturam, quam ego vel mille navibus onustis libris aliis præfero. In Jobo capite 40. dicitur: **לך כאלך אדם זרוע כאלך** num est tibi brachium sicut Deus?

Hic quaero, annon Deo attribuatur brachium, annon conferatur cum brachio humano? Luth. *Hastu einen Arm wie Gott.* i. e. Non potes comparari robore cum Deo. Hic habetne Deus brachiū propriè vel impropiè. Respond. Propriè, imò propriissimè. Nam brachiū in formali suo habet Robur, quod Deo propriè imò propriissimè cōpetit. Sic dicitur alibi: *Wem wird der Arm des HErrn offenbaret.* Alibi: *Wol auff / wol auff / zeuch Macht an du Arm des HErrn/* ubi Christus videtur vocari Brachium Domini, quia per illum etiam fortitudinem suam exeruit, quasi Deus omnipotens; imò brachium ob hanc formam dicitur robur Brachij in Daniele, brachium roboris in *Esaia.* Hinc conferatur cum robore magno & manu forti, sicut in *lege manu forti & brachio extenso,* Alibi in lib. Reg. magno robore & brachio extenso, & ipse praevideo ego, quid de *אני ארא מה יהיה* hinc dici queat. Brachium enim extensum, utur juxta phrasin scripturæ de nudatum desumptum esse ab hominibus. Esto hoc, quicquid sit, formale tamen non cessat, cum sumo vocem *אני ארא* simpliciter, quamvis noverim, *אני ארא* non desumi ab hominibus sed hominibus attribui propter Deum exerentem robur.

9. Videbor autem hinc tollere omnem *אני ארא מה יהיה*, non tollo, Doctores, qui ita consueverunt loqui, loquantur, & ego ita loquar, quando ago cum hominibus non Hebraicè doctis. At quando de formali disputo, tum aliter res est aggredienda. Nam hic scrupulus non tantus est, ut moram injiciat cognitioni formarum: Claris ergo & conceptis verbis repero meam mentem. Ratione formæ *אני ארא* Deo propriè competit, & quando dico Brachium, aures & oculi Deo propriè competunt, dico hæc quatenus *אני ארא* & *אני ארא* introducuntur, nā quis videt, me non agere de auribus, oculis & brachio ex lingua latina, sed ex Hebraica, & illud quidem coram Theologis & doctis, coram Studiofis eruditissimis. Inter octuaginta enim studiosos Theologiæ, quem numerum superant auditores mei super Jobum, ne minimus est, qui non capiat meam mentem, etiam si hæc ipsa specialiter ipsis non proponantur.

10. De *אני ארא מה יהיה* autem hæc sentiuntur, quod sæpe Deo tribuantur quædam, quæ hominibus competunt, tunc n. condescendit Deus

Deus. Duo autem sunt genera eorum, quæ Deo tribuuntur, alterum eorum, quæ important in homine perfectionem. Ea enim quæ perfectionis sunt in homine, ea sunt perfectissima in Deo, si Deo in scriptura adseribantur. Juxta hæc genus in disputationibus pro formali, ad formas recurrere possum, si alterum genus detur, ita ut ea, quæ sunt in homine imperfectionis, tribuantur Deo, dicam esse *אין דפוממדי דעאן*. Interea pleno ore clamo, Doctores latini & qui biblia latina tantum legunt, commodè possunt dicere: Deo attribuitur brachium ex Metaphora desumpta ab hominibus. At interea mihi, qui jam sum in eototus, ut dem formas rerum, nihil præjudicat istud, nec meum aliis; quòd dicam, propriè illud ratione FORMÆ DEO competit, quòd dicitur in scriptura *זרוע עינים אוננים*, idem enim est, quasi dicam, propriè audit, propriè videt, propriè robustus est; cum, quidnam sit brachium in Deo, non nisi per distantiam gradus ineffabilem à nostris brachiis, in quibus est ineffabilis ad robur Dei proportio & visa similitudo, concipiant multi.

11. Videtur autem hoc esse novum? Respond. Illud novum dici nõ debet, quòd scriptura exhibet. At vocem propriè scriptura non habet? Quicquid sit, res ipsa tamen loquitur, quia primariò Deo ea tribuuntur. Loquendum est cum Theologis. Ita est, quando Theologos agimus, ego hîc ago Philologum, Theologus me non docet formale, vel si fecerint, illos libros mihi non aperuerunt. Audivi tamen Theologum insignem de Deo dixisse, PROPRIÈ IPSUM GENERARE. Ergo ego dico; Quâ ratione Deus dicitur generare propriè, eum ratione cum etiam habere aures seu audire propriè. Quæcunq; pro ratione diversitatis adduci possent videntur, ego prævideo, at nihil eorum me ferit; Ergo si hæc Theologo licuerint dicere, cur non etiam Philologo, qui, quæ natura vocum suppeditat, proponit, nec necessitatem Ecclesiæ infert sed doctis exhibet cum ratione ventilanda, cum ratione reprobanda, cum ratione approbanda.

12. Hæc ut animi mei sententia elucidarem. Nisi hæc rectè intelligatur, ego haec gravatim etiã majusculis literis in publica charta, si opus fuerit, adhuc dilucidius explicare incipiam, quamvis extra hæc exemplis mearum disputationum hæc videri potuerint. Nec contra urgeri poterit, quòd nemo hæc ante me dixerit, nã si antè sint qui egerint ex professo pro FORMALI, hæc etiam dicere debuerunt. Et sufficit quod

quod ego probem, nam *proprie* mihi illud est, quod primario & principaliter alicui competit, & quod opponitur *improprie*. Philologica sunt hæc, in quibus alienæ opinionis mancipium esse nos non deer, ubi nostri præceptores finem fecerunt, ibi nos ipsorum discipuli in scribendo facere debemus initium. EXSCRIBERE ENIM LIBROS ALIORUM ET ALIA LATINITATE DONARE ARTIS NON EST, nec ut puto laboris. Juvenibus autem *proprie* competit labor, senioribus iudiciū. Et hæc omnia, ut etiam speciem mali fugerem, nolo enim audire introducere novitatem suspectam, qui indefesso studio laboro, ut veram antiquitatem in scriptura contentam meo loco reducam, famæ ergo hisce tantum consilere volui, non aliud intendens, de quo protestor.

13. Jam rectà progredior ad vocem זָרָר. Hanc dico pro formali habere *lucere*. Unde dicitur in Daniele והמשכילים יודורו דו. *Aures fulgebunt*, Hinc זָרָר lux, dicitur enim in eodem textu יודורו כוזר הרקיע, Sed de his dubium nullum esse potest, cum forma ubi vis conspicua sit. Quomodo autem altera significatio, quæ est *monendi*, hîc quadret, videndum est: deprehendimus autem, id fieri, cum exprimimus per *pralucere*, nam, quem admonéo, ei præfero lucem quasi, unde si ab opinionibus & præsumtionibus standum esset, possemus dicere, alludi ad hanc communionem in Daniele, cum dicitur Hamaschkilim jatshiru ki jatshiru. Talis allusio videtur etiam locum habere in Psalmo 19 גם עכרד כוזר בהם. Auch wird dein Knecht durch sie erinnert/q. d. Auch wird deinem Knecht dadurch ein großes Licht angezündet. Quomodo purificandi significatio cum hac formâ quadret, esset etiam videndum, verum non credo occurrere, unde Buxtorfius locum Levit. 15, v. 31. vertit per monebitis quamvis ego id non facerem, sed retinerem significationem purificandi, radix autem ibidem occurrens non est זָרָר sed זָרָר. si & Biblia mea & concordantiæ Buxtorfianæ rectè legantur. Unde etiam in Concordantiis allegavit hunc locum sub זָרָר & sub זָרָר, vitio, ut solet fieri, forsan typographi. Aliàs admonendi significatio, præsertim in Ezechiele ex זָרָר est valde usitata, ut lectori scripturæ sacræ notum est. Hîc iterum incidit, quod monendum erit, me non hoc velle, quasi in versionibus pro admonere adhibere debeamus *pralucere*, nullâ ratione, nec hoc

hoc unquam intendi, unde quando de voce קדוש agebam, majuscu-
lis literis scripseram SANCTUS, sed hoc tantum volo, formale *וְאֵל* ad-
monere in Hebraica lingua esse praelucere.

14. Jam assumam talem radicem, quam Schindlerus rectissime
& in forma & in reliquis expresserit, quamvis formam non nomina-
verit, sed aliam viam elegerit. Ea est קקב, cujus formale est perfo-
dit, & consistit inter alia in eingehehen/angehen/und durchgehen. Sic
Rabfaee in Esaiâ dicit: וְכַח בְּנֵי וְנַקְבָהּ Gehet er ihm in die Hand/
und durchbohret sie. Deinde significat nominare. De hoc Schind-
lerus (ecce jam lætus exscribo): Per Metaphoram קקב fodit, perfo-
dit aliquè dictis vel bonis vel malis. Bonis, *nominavit, nuncupavit, ex-*
presit, protulit, declaravit, exposuit, designavit Malis, maledixit, bla-
phemavit, convitiatus est. Huc usq̄, Schindlerus, Forma ergo perfo-
randi later in istis significationibus. Ego ergo reduco formam ad si-
gnificationes inferiores. i. significat nominare sicut scriptum est in le-
ge אֲשֶׁר נִקְבָּו בְּשֵׁמוֹתָם hi enim, qui nominati sunt, sind getroffen/
und ist sie angangen Hinc Germani Es gehet mich an/es trifft mich.
Sic loqui cogor, cum latinis verbis non satis exprimere possū men-
tem: Dubius etiam hæreo, annon in Germanicâ lingua einen anste-
chen/significet aliquè nominare, quamvis nominatione duriori. Quæ
omnia ideo propono, ut rideam cum ridentibus, quando imbecillas
voces latinas in his rebus adhiberi audiunt, parum enim interest, si
Germanicâ vel Græcâ vel Latinâ, vel etiam alia, si nota esset, lingua,
exprimam vel quasi formale. Nam facilius credo surrecturos esse,
qui me reforment post aliquot annos in puritate vocabulorum for-
mam experimentium quàm in formali ipso eruendo, cujus rei gratiâ
unicè ut lexica in posterum ad normam talem proponerentur, ego
disputare coepi, placebit enim audire commodiora vocabula, quæ
melius docti latinè proponere poterunt. Contra formale eruendum
furgentes non timeo, si enim Hebraica exactè non intelligant, decus
eruditionis suæ prostipient. Levit 24. v. 11 dicitur: וְיִקְוֹב כִּדְהָאִשָּׁה
וְהָיָה אֶת הַיִּשְׂרָאֵלִי Et hie יקוב in formali primùm con-
sidero, perfodit, deinde video, num in bonum, num in malum, con-
textus svadet in malum. Hinc Lutherus: Es gieng aber aus eines
Israelitischen Weibes Sohn/der eines Egyptischen Mannes Kind

war/unter den Kindern Israel/vnd zantete sich im Lager mit einem
 Israelitischen Manne/vnd lästerte den Nahmen vnnd Fluchte/
 ecce supremum est & generalissimum, perferere dictis, subalternū
 dictis bonis vel malis, mala his subintelligi indicat vox יקלל. Unde
 ex hoc loco Iudæi non possunt probare, non proferendum esse no-
 men ידון, nam reus non ideo est lapidibus interemptus, quia pro-
 nunciavit nomen, sed quia maledixit, hinc Deus non dicit הוצא את
 הנקב sed הוצא את המקלל & statim ex hoc exemplo promulgat
 legem איש איש כי יקלל לארצו וכו'. Nam quamvis immediate sequa-
 tur ונקב, satis tamen est determinata ejus significatio ex exemplo,
 quod dabat occasionem legis iterandæ. Et ut compendium ver-
 borum faciam, dico, omnia, quæ ab hac radice descendunt, habent
 idem formale radicis, quamvis in Latinâ linguâ formale sit im-
 purum.

15. Radicis הוצא formale est, colligere. Hinc rectè significat,
 retinere & auferre, quæ aliàs videntur oppositæ esse significationes.
 Nam oppositæ in suo generali, quod ego formale vocavi, omnino
 convenire debent. Sic septem mulieres in Esaia dicunt להוציא
 וכו' ubi auferendi significatio obrinet. Alibi autem הוציא את
 כל ועקב כל ubi congregandi & colligendi vis se exserit, nam statim
 explicatur per קבץ מקבץ In quem locum Michæ cum incidã forte
 fortuito, dico agi ibidem de Christo, nostro Salvatore & perrupto-
 re, non de Zedekia vel alio quopiam, ut contextum rectè inspicienti
 ad oculum patet. Hinc Luth. Sie redet er vom Reich Christi / der
 ist vnser Helder / der für vns herdurch gebrochen hat / vnnd die Wahne
 machet durch Tode / Sünde / Teuffel / vnd alles Wel / dem frisch
 nach / &c.

16. Persequemur jam novam radicem, & ejus formale similiter
 demonstrabimus, videlicet ברא, hujus formale est, producere aliquid,
 & in significatione summâ, novo, mirabili, imò captum humanum
 transcendente modo. Talis productio verè est primariò creatio ex
 nihilo, quæ in summo gradu transcendit omnem captum humanum.
 Iterum autem hic moneo, quod in omnibus radicibus vi hujus the-
 seos repetitum volo, me non respicere create sed ברא adeoq, non
 vim

vim Latina sed Hebraicæ linguæ. Aliud enim est (Ex chemnitio hæc exscripsi) quando Livius inquit : Duo Consules comitiis centuriatis creati sunt. Et Cæsar libro 7. belli Gallici : Creare alicui fraudem, commoditatem &c. Cicero pro Cornelio : Princeps ille creator hujus urbis Romulus. Ut Varinus explicat τὸ κτίσαν pro ἰδρύσασθαι & δομῆσαι. Item κτίσις, κτίσις, κτίσις. Quamvis etiam Latini per accidens forsitan hoc formale in his phrasibus tetigerint. Hanc nostram formam probat Spiritus sanctus in primo capite & primo versu Geneseos, ubi scriptura בראשית ברא אלהים super quæ verba ita commentatur AbenEufra : רובי המפרשים אמרו : שהבריאה להוציא יש מאין וכן אם בריאה יברא והנה שכתו ויברא אלהים את התנינים &c.


Satis etiam mirabilis est illa productio, de qua dicit Esaias : וברא יהוה על כל מוכן הרציון ועל כל מקראה ענין יומסועשן &c. Mira etiam & captum nostrum superans creatio est, de qua dicit David : Cor mundum crea in me Deus. Et si quæ alia sint loca. Hic dicendum statim erit, omnia descendunt ab hac radice idem possidere formale, exempli gratiâ unum atq; alterum assumere possum, ut בריא significat obesum; quomodo pinguedo acquiratur, mirabilis etiam procul dubio erit modus, quamvis בריאה res insignis & clara magis nos ut ejus foemininum deducat ad radicis cognitionem, sicut Num. 16 v. 30 dicit Mose ואם בריאה יברא verè erat res insignis & mirabilis, quòd terra aperiebat os suum & devorabat Core, Dathan & Abirâ & omnia, quæ ipsis erant, & ille actus dicitur בריאה ex hac forma nostrâ. De Rabbiorum בריא fictâ opinione, quæ etiam sæpe solet ita esse comparata, ut captum doctorum transcendat, non agam. Purgandi vox, quæ etiam ex hac radice descendente voce exprimitur, etiam cum formali suo optimè quadrat, producitur enim semotis sordibus nova puritas, quâ ratione apud Arabes etiam בריא significat sanavit, quia semoto morbo producit nova sanitas. Sed quicquid sit, omnia ad certam formam & generalem significationem debent reduci.


17. Inferenda etiam erit vox, quæ caret radice verbali in scripturâ sacrâ, nempe על qua significat imaginem, hujus formale dico


dico esse in umbra & adumbratione, quorum, in consideratione
 tenebrarum non incommodè referri posset locus quidam ex Aben-
 Etsra super Caput 3 Jobi. יוסולילהם כנגד הארץ מפאת השמש.
 בעבור היות הארץ באמצע הגלגלים וצבאות מעלה ואין להם
 חשך כלל גם קדרות הלכנה מן הארץ שהיא למטה אין אור
 אלא ממעלה


Num sine medio opaco prout jam orbes cœlestes sunt con-
 stituti possint dari tenebræ, decernant Physici & Mathematici. Ego
 dico formam esse Adumbrationem. Sic in nobis est אדומבר-
 ratio Dei, quia in nobis conspicitur, magis autem & propriè, quia
 ad ejus אדומברatio nos sumus creati, ut Moses testatur. Ex quo sanè
 multa poterunt resolvi eorum, quæ in initio hujus disputationis pro-
 posui. Attentabo primum, num ea sufficiant; Si ita, bene, sin mi-
 nus, alia via eligetur mea verificandi ex fundamentis primis.
 Omnia ergo quæ à אדומברatio descendunt formam אדומברatio necesse est
 habeant.

18. רכב pro formali habet veetus fuit. Hæc ergo cum sit si-
 gnificatio formalis & generalis, sub se habet speciales, ut equitare,
 vehi curru &c. Quam facilem radicem ideo pro conclusione po-
 sui, ut notem tale exemplum, in quo etiam rudissimus mei animi
 sensa percipere queat. Cum enim quæritur, quomodo equitans pos-
 sit pergere, respondetur, provehendo; vehi ergo est in equitante &
 in curru eunte. Contradictio autem Latinorum quorundam, equi-
 tare super nubibus, equitare super asino, non ad me, videt enim
 quivis impuritatem vocabulorum, Plura in
 chartis subsequenter.














esse in umbra & adumbratione, quorum, in consideratione
rarum non incommodè referri posset locus quidam ex Aben-
super Caput 3 Jobi. ויסוללה הם כנגד הארץ מפאת השמש
בעבור היות הארץ באמצע הגלגלים וצבאות מעלה ואין
חשך כלל גם קדרות הלכנה מן הארץ שהיא למטה אר
אלה ממעל

Num sine medio op... orbes caelestes sunt con-
possint dari tenebra... & Mathematici. Ego
formam esse Adum...
Dei, quia in nob...
is nos...
poterunt ref...
At tentat...
alia via...
a ergo...
nt.

fit si...
aitare...
fione po...
mei animi...
equitans pos...
n equitante &...
quorundam, equi...
me, videt enim...
Plura in...

chartis sub...

